

1911

Miércoles 16 de Agosto

15

BOLETIN OFICIAL



DEL
OBISPADO DE LEÓN.

SECCION OFICIAL

TELEGRAMA DE LA SANTA SEDE

Nuestro Ilmo. Prelado ha recibido de Roma el siguiente telegrama en contestación al que puso al Santo Padre con motivo del aniversario de su exaltación á la Silla apostólica:

«Su Santidad agradece filial homenage motivo aniversario exaltación enviando bendición apostólica Prelado y Diocesanos.

Cardenal Merry del Val.»



Seminario Conciliar de San Froilán

Apertura del Curso Académico 1911-1912

Nos el Dr. D. Ramón Guillamet y Coma,

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE
APÓSTOLICA OBISPO DE LEÓN, CONDE DE COLLE,
SEÑOR DE LOS LUGARES DE LAS ARRIMADAS Y
VEGAMIÁN, ETC., ETC.

HACEMOS SABER: Que de conformidad con el Reglamento vigente en nuestro Seminario Conciliar de San Froilán de León, hemos dispuesto:

1.º La apertura del Curso académico de 1911-1912 tendrá lugar con la solemnidad acostumbrada el día dos del próximo Octubre.

2.º Todos los alumnos así internos como externos, sin excusa ni pretexto alguno, se hallarán en la Capilla del Seminario el día primero á las ocho de la noche y desde ésta pernoctarán los internos en el establecimiento.

3.º La matrícula ordinaria quedará abierta el día veinticinco de Septiembre y se cerrará el treinta, recordándose á todos la obligación que tienen de matricularse y la forma de hacerla según el Reglamento. Las hojas de matrícula podrán ser firmadas por orden del alumno, pero los datos que en dichas hojas se piden, han de consignarse con toda exactitud.

4.º La matrícula extraordinaria que sólo se concederá por causas muy justificadas, quedará abierta desde el día dos de Octubre y por un plazo de quince días, pasados los cuales, ningún alumno será admitido.

5.º Los exámenes extraordinarios de los alumnos que no aprobaron en Junio, así como los comparativos de los

opositores á becas vacantes para las cuales se exija dicho examen, tendrán lugar el día veintinueve de Septiembre.

6.º Los exámenes de incorporación de los alumnos; que procedan, ya de las Preceptorías, ya de Institutos, tendrán lugar los días veintisiete y veintiocho del mismo mes; y los de ingreso y las oposiciones á premios el día treinta á las nueve de la mañana.

7.º Los que han sido alumnos de este Seminario durante el curso actual, avisarán al Sr. Rector de palabra ó por escrito antes del veinte de Septiembre, si han de continuar, y la Sección á que han de pertenecer, recordándoles desde ahora lo que dispone el art. 164 del Reglamento sobre el internado de los alumnos de Teología ó Cánones.

8.º Los que aspiren por vez primera á ser alumnos de este Seminario, dirigirán al Prelado por conducto de la Secretaría de Cámara , antes del quince de Septiembre, una solicitud en la que expresen su nombre y apellidos, naturaleza, residencia y edad, los de sus padres, el curso y la Sección á que desean pertenecer, y la persona que ha de ser su encargado en la Ciudad Una vez que obtengan de la Secretaría de Cámara el decreto de admisión, lo presentarán por sí mismos ó por otro antes del día veintisiete de Septiembre en la Secretaría de Estudios del Seminario, juntamente con su partida de bautismo, certificado de buena conducta expedido por el Párroco y el de estar vacunado y no padecer enfermedad crónica ni contagiosa expedido por el médico.

Dado en León á 4 de Agosto de 1911.

† RAMON, OBISPO DE LEÓN.

Por mandado de S. S. I. el Obispo mi Señor,

Dr. Manuel González Macías,

MAGISTRAL-SECRETARIO

Edicto para provisión de becas vacantes

Nos el Dr. D. Ramón Guillamet y Coma,

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA, OBISPO DE LEÓN, CONDE DE COLLE, SEÑOR DE LOS LUGARES DE LAS ARRIMADAS Y VEGAMIAN, ETC., ETC.

HACEMOS SABER: Que en nuestro Seminario Conciliar de San Froilán se hallan vacantes varias becas y pensiones, que según las cláusulas fundacionales se han de proveer en la forma siguiente:

1º Media beca fundada por D. Antonio de Santiago Bustamante á la que son llamados en primer lugar, los parientes más cercanos del Fundador que lleven su apellido y á falta de éstos los naturales de la Ciudad de León.

2º Media beca fundada por el M. I. Sr. D. Carlos González Bravo para los descendientes de sus tres hermanos D. Pedro, D. Mariano y D. Rafael; en defecto de éstos para los descendientes de los abuelos paternos y maternos del Fundador, sin distinción de líneas. A falta de éstos para los naturales de Polvorosa y finalmente para los naturales del Arciprestazgo de Valdavia. Si el agraciado fuese extradiocesano, deberá presentar el *Exeat* de su Prelado, antes de entrar en posesión de la media beca.

3º Una beca fundada por D. Manuel García Fernández á la que son llamados en primer término los hijos de Angel, Francisco, José, Joaquín, Bernarda, Benita y María García Fernández, hermanos del Fundador y naturales de Tapia de la Rivera, prefiriéndose entre los parientes al más cercano al Fundador y en igualdad al más pobre siendo de igual conducta. En segundo término son llamados todos los parientes del Fundador en línea transversal con iguales condiciones de pobreza, proximidad y

conducta. En tercer lugar, los naturales de la Parroquia de Sta. María de Felleo ó de S. Miguel de Zureda, en el arciprestazgo de Pajares (Oviedo)

4º Una beca fundada por D^a Margarita Modino á la que son llamados primeramente los descendientes legítimos de D Esteban y D. Isidoro Fernández Modino, prefiriéndose el más próximo. En segundo lugar cualquier pariente de los antedichos, prefiriéndose el más próximo tambien. En igualdad del grado de parentesco el Prelado elegirá libremente.

Cuando no haya parientes que la soliciten podrán aplicarse los productos de la Fundación en favor de algún alumno natural de Cea, pero esta aplicación se hará sólo por un año y podrá repetirse hasta que haya parientes.

5º Dos medias becas fundadas por D. Juan Barrientos del Cano, á las que son llamados; 1º los parientes del Fundador, prefiriéndose los más próximos; 2º los naturales de Valdepolo; 3º los naturales de Mansilla de las Mulas y 4º los naturales de Sahagún y á falta de éstos, se proveerá en quienes determine el Prelado, decidiendo siempre la oposición si se presentasen más de dos aspirantes.

6º Una pensión en S. Isidoro de las fundadas por el Excmo. Sr. Gómez-Salazar.

Cuando haya más de un aspirante para alguna de las plazas mencionadas se someterán al ejercicio de oposición que determine el Prelado y que tendrá lugar el 29 de Septiembre, debiendo todos presentar los justificantes de su derecho en Nuestra Secretaría de Cámara antes del 16 de Septiembre.

León 4 de Agosto de 1911.

† RAMON, OBISPO DE LEÓN.

Por mandado de S. Sría. Ilma. el Obispo mi Señor
DR. MANUEL GONZÁLEZ MACÍAS,
Magistrul-Secretario.

Seminario Conciliar de San Mateo DE VALDERAS

El Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo de León se ha dignado disponer:

1.º Que la apertura del próximo curso académico en este Seminario tenga lugar el 2 de Octubre, con asistencia de los alumnos matriculados en él, después de haberse reunido todos el día 1 á las ocho de la noche en la Capilla del Establecimiento, hora desde la cual los internos no podrán salir á la Villa sin el permiso correspondiente.

2.º Que se abra el primer plazo de matrícula oficial desde el 27 al 30 de Septiembre, ambos inclusive, y en lo demás se guarden y cumplan las disposiciones reglamentarias dadas por el Diocesano para régimen y gobierno del mismo Seminario de San Mateo.

3.º Que el plazo de matrícula extraordinaria sea de quince días contados desde el 2 de Octubre, y que tal matrícula se conceda solamente cuando haya motivos razonables.

4.º Que los exámenes extraordinarios sean el 28 de Septiembre, los de incorporación de Latín y Humanidades el 29, y el 30 los de ingreso. En la incorporación de asignaturas dichas, se harán tantos exámenes cuantos sean los cursos á que pertenezcan, según el vigente plan de estudios y el Decreto de la Sagrada Congregación Consistorial de 22 de Agosto de 1910, con las instrucciones que el Ilmo. Prelado se sirva dar en la materia.

5.º Que los aspirantes por primera vez á ser alumnos del Seminario antedicho dirijan al Rector, por conducto de la secretaría de estudios y antes del 1.º de Octubre, solicitud firmada por los interesados, expresando en ella lo que deseen, como tambien los pueblos de naturaleza y

residencia actual y el nombre de la persona encargada en la Villa. Todos deben acompañar á la solicitud las certificaciones de bautismo y buena conducta, expedidas por el propio párroco, y otra expedida por el médico, de estar vacunado y no padecer enfermedad alguna contagiosa.

6.º Que los alumnos procedentes de otros Seminarios presenten, para ser admitidos en éste, solicitud dirigida al Rector, certificación de estudios aprobados, y otra de la conducta moral observada en el Seminario de donde proceden, visadas ambas por el Rector correspondiente.

7.º Que los alumnos de las Preceptorías, acompañen también certificación del Preceptor de Latinidad, manifestando éste los estudios hechos por el alumno bajo su dirección.

Valderas, 2 de Agosto de 1911.

DR. EUSEBIO RODRÍGUEZ,

Rector.



EDICTO

Mos el Lic. D. Santos del Campo Térez,

Presbítero, Provisor y Vicario General interino del
Obispado de León, etc.

Hacemos saber: Que con fecha 20 de Julio último quedó canónicamente vacante la Parroquia de Nuestra Sra. de los Angeles de Riosequillo en esta Diócesis por fallecimiento de su último poseedor, Don Gregorio Durante (q. e. p. d.) En su consecuencia, por el presente se cita, llama y emplaza á todos los que se crean con derecho al patronato activo de dicho Curato, para que lo ejerciten dentro del cuatrimestre canónico; pues de no hacerlo, se declarará de libre provisión, por esta vez y vacante, del Revmo. Prelado de la Diócesis *jure devoluto*; entendiéndose que dicho plazo de cuatro meses principia á contarse desde el día de la inserción de este edicto en el BOLETÍN OFICIAL DEL OBISPADO.

Dado en León á doce de Agosto de mil novecientos once.—Lic. Santos del Campo.—Por mandado de S. Sra., Lic. Sabas M. Granizo.



SECCION DOCTRINAL
Y DE VARIEDADES

NUNCIATURA APOSTÓLICA

Madrid, 22 de Febrero de 1911.

Accediendo gustoso el Santo Padre á los deseos de Su Majestad Católica y queriendo darle una prueba de su especial benevolencia, se ha dignado conceder á Su Majestad, por espacio de diez años, los siguientes privilegios, además de los que goza como militar en virtud del Breve del Santo Padre Pío VII:

1.º Dispensa de abstinencia para todos los días del año, exceptuando únicamente el Miércoles de Ceniza y el Viernes y Sábado Santo.

2.º Facultad para tomar carnes y pescados en una misma comida en los días de abstinencia para todos los demás fieles; quedando subsistente la obligación de no promiscuar en los Viernes de Cuaresma y en los días de la Semana Santa.

3.º Dispensa de ayuno para todos los días del año, excepción hecha de los viernes de Cuaresma y del viernes Santo.

Tan amplios privilegios son extensivos:

1.º A la Casa de Su Majestad.

2º A la servidumbre que vive de la Real Mesa, esto es, á cuantos sean verdaderos comensales de la Casa de Su Majestad.

3.º Los huéspedes podrán disfrutar los privilegios únicamente en las comidas íntimas y de familia. No se podrá, por tanto, promiscuar en las comidas públicas, en los convites y banquetes de gala, cuando se realicen en días de abstinencia y ayuno para los demás fieles.

Para evitar el escándalo y admiración que causaría al

católico pueblo español al saber que en la Real Casa se violaban los graves preceptos del ayuno y de la no promiscuación, y para impedir que los huéspedes en las comidas íntimas y de familia, por ignorar la dispensa, puedan pecar gravemente, es necesario dar á conocer, en el tiempo y forma que se estime más oportuno, los indultos y gracias arriba mencionados.

*
* *

De modo que durante el año, y por el espacio de diez años, la Casa de Su Majestad Católica en las comidas íntimas y de familia está dispensada de ayunos y abstinencias con las precauciones dichas. Hay una excepción sólo en las comidas públicas de gala.

En la cuaresma se hacen las excepciones que siguen:

1.º El Miércoles de Ceniza habrá abstinencia de carnes, sin ayuno.

2.º Los viernes de Cuaresma habrá ayuno, mas se podrá comer carne en la comida principal, sin promiscuar.

3.º El Lunes, Martes, Miércoles y Jueves Santo, ni ayuno ni abstinencia sólo no se podrá promiscuar.

4.º El Viernes Santo ayuno y abstinencia.

5.º El Sábado Santo abstinencia sin ayuno y sin promiscuar.—† A. ARZOBISPO DE FILIPOS, *Nuncio Apostólico*



Para la Crònica del Congreso Eucarístico

El R. P. Postíus, Secretario general de la Comisión para el XXII Congreso Eucarístico Internacional últimamente celebrado en Madrid, interesa, con el más vivo encarecimiento, que por los reverendos sacerdotes encargados de iglesias parroquiales, filiales y conventuales se le remitan sucintas relaciones ó reseñas de los cultos eucarísticos celebrados en las mismas con ocasión del citado Congreso, y singularmente de las funciones que se verificaron con igual motivo el día 29 de Junio próximo pasado.

Nuestro Excmo. Prelado encarece el más exacto cumplimiento de este servicio.

Las citadas reseñas se remitirán al mismo R. P. Postíus, calle del Buen Suceso, núm. 18.

ACTA PII PP. X

LITTERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, PRIMATIBUS ARCHI-
EPISCOPIS EPISCOPIS, ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS, PACEM
ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM
BENEDICTIONEM

Iamdudum in Lusitania incredibilem quiemdam cursum fieri per omnem immanitatem facinorum ad Ecclesiam opprimendam, vobis quidem omnibus, Venerabiles Fratres, satis cognitum arbitramur. Nam, ubi status eius

civitatis in formam conversus et reipublicae, continuo coepisse, aliud ex alio, sanciri talia quae inexpiable religione catholicae spirent odium, quis ignorat? Violenter pelli de medio vidimus familias religiosorum, atque hos, maximam partem, dure inhumaniterque e Lusitanis exterminari finibus. Vidimus, ob studium pertinax omnem disciplinam civilem profanandi nullumque religiosae rei vestigium in actione vitae communis relinquendi, expungi de numero festorum festos Ecclesiae dies; iuri iurando insitam religionis notam detrahi; festinanter legem de divortiis condi; praceptionem doctrinae christianaæ a scholis publicis excludi. Denique, ut alia omittamus quae persequi longum est, vehementius ab his Antistites sacrorum peti, duosque e spectatissimis Episcopis, Portugalliensem et Beiensem, viros cum integritate vitae tum magnis in patriam Ecclesiamque promeritis illustres, de sedibus honoris sui deturbari.—Quum autem novi gubernatores Lusitaniae tot tantaque ederent imperiosae libidinis exempla, scitis quam patienter quam moderate sese adversus eos Apostolica haec Sedes gesserit, Equidem summa diligentia duximus cavendum, ne quidquam ageremus, quod posset contra Rempublicam hostiltier actum videri. Nonnulla enim spe tenebamur foge, ut ii aliquando saniora inirent consilia, ac de iniuriis illatis aliquo tandem pacto Ecclesiae satisfacerent Verum tota re Nos fefellit animus: ecce nefario operi tamquam fastigium imponunt pessimæ ac perniciosissimæ promulgatione legis de Civitatis ab Ecclesiae rationibus separandis. Iamvero vulnus tam graveiuri et dignitati inustum religionis catholicae toleranter ferre ac praeterire silentio haudquam apostolici religio officii Nos patitur. Quapropter his vos litteris appellamus; Venerabiles Fratres, universoque nomini christiano omnem huius facti indignitatem denuntiamus.

Principio legem de qua loquimur, absurdum quiddam esse et monstruosum appareat ex eo, quod rem publicam

divini cultus esse expertem statuit, quasi vero non ab Ipso, qui conditor et conservator est rerum omnium, cum homines singuli tum consociatio quaevis hominum et communitas pendeat; item, quod catholicae religionis observantia solvit Lusitaniam; eius inquimus religionis, quae huic genti maximo semper praesidio et ornamento fuit, quamque universitas fere civium profitetur. Sed tamen, esto placuit tantam civitatis Ecclesiaeque coniunctionem, eamque sollemni pactorum fide confirmatam, discessi. Hoc posito discidio, consentaneum profecto erat omittere Ecclesiam et sinere ut communi libertate ac iure uteretur, quo quisque civis et honesta quaeque civium societas utitur. Quod totum contra est. Nam a separatione quidem haec lex nomen habet, re tamen ipsa eam habet vim, ut Ecclesiae in externis bonis ad extremum inopiae spoliando redigat, in iis autem quae sunt sacrae potestatis ac spiritus, in servitutem reipublicae opprimendo tradat.

Et primum, quod attinet ad res externas, ita se Lusitana Respublica ab Ecclesia segregat, ut nihil omnino ei relinquat unde tueri decus Domus Dei, sacrificolas alere, multiplicia caritatis pietatisque exercere munia possit. Etenim, huius praescripto legis, non solum quascumque res Ecclesia mobiles immobiles obtinet, ex earum possessione, quamvis optimo iure parta, detruditur; verum etiam quaevis ei potestas adimitur quidquam sibi in posterum acquirendi. Statuiter quidem, ut certa civium corpora divino cultui exercendo praesideant; verum quae his datur facultas ad accipiendum quidquid in eam causam oblatum sit, mirum quam angustis terminis circumscribitur. Praeterea quibus obligationibus obstricti, cives catholici aliquid vel subsidii vel stipendii suo quisque curioni praestare consueverunt, eas extinguuit lex ac perimit, prohibens, ne quid iam eo nomine exigatur. Utique sinit, ut ipsi sumptibus in divinum cultum faciendis catholici homines voluntaria stipis collatione provideant;

sed tamen iubet de summa ob eam rem conflata detrahi tertiam partem et in officia beneficentiae civilis insumi. Atque ad haec onnia illud velut cumulus accedit, quod ex hac lege a difica quae deinceps comparari aut exstrui contingat in usum sacrorum, ea, cum definitus annorum numerus effluxerit, submotis possessoribus legitimis nec iis factis indennibus, in publicum referentur.

De rebus vero, in quibus sacra Ecclesia potestas proprie versatur, multo est gravius multoque perniciosius ludibrium *Separationis* huius, quae, uti diximus, ad indignam ipsius Ecclesiae recidit servitutem — Primum omnium, Herarchio prorsus, tamquam ignorata, negligitur Si qua de hominibus sacri ordinis mentio fit, ideo fit, ut interdicatur eis, ne ullo se modo ordinationi religiosi cultus immisceant. Omnis ea cura demandata est consociationibus *laicorum*, quae institutae iam sint, aut futurae sint, beneficentiae causâ, et quidem instituta ad normam disciplinae civilis, ex auctoritate Reipublicae, nulla et ratione ab Ecclesiae potestate pendebant. Quod si de consociatione, cui sit hoc muneris deferendum, clerici cum laicis dissenserint, aut inter laicos ipsos non convenerit, diiudicanda res relinquitur non Ecclesiae sed arbitrio Reipublicae, quae sola in hisce institutis dominatur. Atque in constituendo divino cultu usque adeo rectores rei Lusitanae non patiuntur locum esse Clero, ut aperte praescriptum et statutum sit, non posse, qui religionis ministeriis sint addicti, aut in decurias parochiarum cooptari au in partem vocari administrationis vel regiminis consociationum quas memoravimus: qua quidem praescriptione nihil ini quis aut intolerabilius cogitare potest, cum clericorum ordinem in ea ipsa re, qua praestat, inferiorem, quam ceteros cives, conditione faciat.

Quibus autem vinculis Lusitana lex constringat et implicet Ecclesiae libertatem, vix credibile et: adeo cum institutis horum temporum atque etiam cum publicis

libertatum omnium praeconiis pugnat res: adeo est humano quovis civilique populo indigna. Igitur sancitum est gravibus poenis, ne qua sacrorum antistitum acta mandari typis, ullove pacto, ne intra parietes quide mtemporum, proponi populo liceat, nisi concessu Reipublicae. Praeterea interdictum, extra sacrarum aedium limina, ne, inconsulta Republica, caerimoniarum quid celebretur ne qua pompa circumducatur, ne quis ornamenta sacra neve ipsam vestem talarent gerat. Item vetitum, non modo ad monumenta publica, sed etiam ad aedes privatorum quidquam apponi quod catholicam religionem sapiat; at minime vetitum, quod catholicos offendat. Item societatem coire religionis pietatisque colenda*e* gratiâ, non licet: cuius quidem generis societas eodem plane habentur loco atque illae nefariae, quae scelerum causa conflentur. Ad haec, cum concessum sit omnibus civibus ad suum arbitrium uti posse rebus suis, catholicis tamen, contra ius fasque importune coangustatur potestas huiusmodi, si quid de suo attributum velint solandis piorum manibus aut sumptibus divini cultus suppeditandis et quae id genus pie statuta iam sunt, impie deformata convertuntur in alias usus, violatis testamentis et voluntatibus auctorum. Denique Respublica — id quod maxime est acerbum et grave — non dubitat regnum invadere auctoritatis Ecclesiae, ac plura de ea re praescribere, quae cum ad ipsam sacri ordinis constitutionem spectet, praecipuas curas Ecclesiae sivi vindicat: de disciplina dicimus et institutiones sacrae inventutis. Neque enim solum cogit alumnos Cleri, ut doctrinae et litterarum studiis quae theologiam antecedunt, in lyceis publicis dent operam, ubi ipsorum integritas fidei, ob alienum a Deo Ecclesiae institutionis genus, praesentissimis sane periculis est obiecta; verum in domesticam etiam Seminariorum vitam temperationenque sese infert Respublica, sibique ius arrogat designandi doctores, probandi libres, sacra Clericorum studia moderandi Ita vetera in usum revo-

cantur scita *Regalistarum*; quae quidem molestissimam arrogantiam habuerunt, dum Civitatis Ecclesiaeque concordia stetit, nunc vero, quum Civitas sibi cum Ecclesia nihil iam vult esse, nonne pugnantia et plena insaniae videantur?—Quid, quod etiam ad Cleri depravandos mores atque ad incitandam defectionem a praepositis suis hanc apprime factam legem dixeris? Nam et certas pensiones ex aerario assignat iis, qui sint, antistitum auctoritate, a sacris abstinere iussi, et singularibus beneficiis sacerdotes ornat, qui, suorum officiorum misere imme-
mores, ausi fuerint attentare nuptias, et, quod referre piget, eadem beneficia ad participem fructusque, si qui fuerint superstites sacrilegæ coniunctionis extendit.

Postremum parum est quod Ecclesiae Lusitanae, suis despoliatae bonis, servile prope iugum imponit Respublica, nisi etiam nitatur, quantum potest, hinc ipsam e gremio catholicae unitatis deque complexu Ecclesiae Romanae divellere, illinc imperire, quominus religiosis Lusitaniae rebus Apostolica Sedes auctoritatem providentiamque suam adhibeat. Itaque ex hac lege, ne Romani quidem Pontificis iussa pervulgari, nisi concessum sit publice, licet. Pariter sacerdoti, qui apud aliquod athe-
naeum, Pontifica auctoritate constitutum, academicos in sacris disciplinis gradus consecutus sit, etiam si theologiae spatium domi confecerit, sacris fungi muneribus non licet In quo planum est, quid velit Respublica: nempe efficere, ut adolescentes clerici, qui perfici sese et perpoi-
liri in studiis optimis cupiunt, ne ob eam causam conve-
niant in hanc urbem, principem catholici nominis; ub-
certe proclivius, quam usquam alibi, factu est, ut et men-
tes incorrupta christianaæ doctrinae veritate, et animi
sincera in Apostolicam Sedem pietate ac fide conformen-
tur. Haec, praetermissis aliis, quae quidem non minus
iniquitatis habent, haec igitur praecipua sunt improbae
huins legis capita.

Itaque, admonente Nos Apostolici conscientiâ officii

ut, in tanta importunitate et audacia inimicorum Dei, dignitatem et decus Religionis vigilantissimi tueamur, ac sacrosancta Ecclesia catholicae iura conservemus. Nos legem de Lusitana Republica Ecclesiaeque separandis, quae Deum contemnit, professionemque catholicam repudiat; quae pacta solemniter conventa inter Lusitaniam et Apostolicam Sedem, ius naturae ac gentium violando, rescindit; quae Ecclesiam de iustissima rerum suarum possessione deturbat; quae ipsam Ecclesiae libertatem opprimit divinamque constitutionem pervertit; quae denique maiestatem Pontificatus Romani, Episcoporum ordinem, Clerum populumque Lusitaniae atque adeo catholicos homines, quotquot sunt orbis terrae, iniuria contumeliaque afficit, pro apostolica auctoritate Nostra improbamus, damnamus, reiicimus. Quum autem vehementer conquerimur huiusmodi latam, sancitam, propositam in publicum esse legem, sollemnemque cum omnibus, quicumque rei auctores ac participes fuerunt, expostulationem facimus, tam vero quidquid ibi contra inviolata Ecclesiae iura statutum est, nullum atque inane et esse et habendum esse edicimus ac denuntiamus.

Profecto haec difficillima tempora, quibus Lusitania, post indictum publice Religioni bellum, conflictatur, magnam Nobis sollicitudinem tristitiamque efficiunt. Dolemus nimirum tot malorum spectaculo, quae gentem. Nobis penitus dilectam, premunt; angimur exspectatione acerbiorum rerum, quae certe eidem impendent, nisi qui praesunt, mature se ad officium revocarint — Sed vestra Nos eximia virtus, Venerabiles Fratres, qui Lusitanam gubernatis Ecclesiam, Clerique istius ardor vestrae virtuti mirabiliter concinens, valde consolatur, bonamque spem affert, fore istic aliquando res, Deo adiuvante, meliores. Vos enim omnes non sane securitatis rationem aut commodi, sed officii et dignitatis habuistis nuper, cum iniquam *discidii* legem palam et libere indignando repudiastis; cum una voce professi estis malle vos vestrorum

iactura bonorum sacri munera redimere libertatem, quam pro mercedula pacisci servitatem; cum denique negastis ullo unquam aut astu aut impetu inimicorum posse vestram cum Romano Pontifice coniunctionem labefactari. Ista quidem, quae in conspectu Ecclesiae universae descendistis, fidei, constantiae magnique animi praeclaras documenta, sciatis cum voluptati bonis omnibus, tum vobis honori, tum ipsi laboranti Lusitaniae emolumento fuisse non mediocri.—Quare pergit, ut instituistis, Religionis causam, quacum salus ipsa communis patriae connexa est, agere pro viribus: sed videte in primis, ut et ipsi inter vos, et christianus populus vobiscum; et omnes cum hac Beati Petri Cathedra summam concensionem et concordiam retineatis diligenter et confirmetis. Hoc enim auctoribus nefariae legis propositum est, quod diximus: non a Republica (ut videri volunt) separare Ecclesiam Lusitanam, quam despoliant opprimuntque, sed a Vicario Iesu Christi. Quod si tali hominum consilio ac sceleri ocurrere atque obsistere omni vos ope studueritis, iam rebus Lusitaniae catholicae commode per vos consultum fuerit. Nos interea, pro singulari qua vos diligimus caritate, Deo omnipotenti supplices erimus, ut diligentiae studioque vestro bonus faveat.—Vos autem rogamus, reliqui orbis catholici Antistites, ut id ipsum officii tam necessario tempore sollicitis e Lusitania fratribus praestare velitis.

Auspicem vero divinorum munera ac testem benevolentiae Nostrae, vobis omnibus, Venerabiles fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem permanenter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxiv mensis Maii, in festo Dominae Nostrae Mariae, adiutricis christianorum, anno mcmxi, Pontificatus Nostri octavo.

PIVS PP. X.

DECRETOS DE LAS S. CONGREGACIONES

DE RELIGIOSOS

Quum in Hispanica Ditione adhuc perdurent peculiares illae circumstantiae, ob quas, die 10 Decembris 1858, Religiosi e claustris ejecti et Monasteria Sanctimonialium Virginum jurisdictioni respectivorum Ordinariorum Dioceſeon, ad certum determinatumque tempus, Apostolicae ſediis Decreto, ibidem ſubjecta fuerant; Sanctissimus Do- minus Noster Pius Papa Decimus, referente infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis de Religiosis Praefecto, die 16 decurrentis mensis Maji, dignatus est prorogare ad alium triennium praefatas Ordinariorum facultates: 1.^o, in Religiosos, qui extra clauſtra anno 1835 positi fuerant, si quis adhuc ipsorum supersit; et 2.^o, in ea Sanctimonialium Monasteria, quae de jure exempta sunt; sanans omnia, quae post ultimam earumdem facultatum prorogationem ab ipsis Ordinariis peracta sunt, quaeque sanatione indigent; salvis tamen modificationibus, quae infra hoc triennium Apostolica Sedes huic Decreto aferre posset, si futura rerum adjuncta id expotulaverint.

Voluit tamen eadem Sanctitas Sua, ut in interpretan- dis eisdem facultatibus apprime serventur ea omnia, quae a sa. me. Pio Papa Nono, per Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium, in epistola typis cusa d. d. 10 Decembris 1858, statuta sunt; utque Rvmi. Ordinarii p̄ae oculis praesertim habeant specialem Sanctae Sedis mentem, his verbis ibidem expressam: «... verum admo- dum congruum esse, ut Ordinarii, nisi pro peculiaribus re- rum et Monasteriorum adjunctis aliter in Domino existi- maverint, in deputandis eorumdem Monasteriorum Vicaris, Confessariis, Moderatoribus, seu Directoribus spiritualibus, deligant Religiosos ejusdem Ordinis, quatenus illi scientia, vitae probitate, prudentia, ceterisque qualitatibus praediti reperiantur.»

Poterunt igitur Rvni. Ordinarii, absque ulteriore facultate Apostolica, ipsi per se deputare in Confessarios ordinarios Monialium Religiosos respectivorum Ordinum, praevio tamēcens consensu respectivorum Superiorum Regularium; ea semper servata lege, ut iidem Religiosi in Confessario designati in suo proprio Conventu vivant nisi in aliquo determinato casu et ob peculiares omnino circumstantias, Rvni. Ordinarii una cum Superioribus Majoribus Ordinis speciale indultum ab Apostolica Sede impetraverint et obtinuerint: servatis ceterum de jure servandis quoad triennalem mutationem Confessariorum Ordinariorum ceterisque Apostolicis praescriptis.

Poterunt item Rvni. ipsi Ordinarii, si et quando id opportunum duxerit, adhibere Superiores Regulares ad Visitationem Canonicam Monasteriorum respectivorum Ordinum peragendam. Hi tamen Visitatores eas tantum habeant facultates, quas Rvni. Ordinarii ipsis commiserint, quaeque, hac non obstante delegatione, Episcopis integrae manent.

Hoc autem Decretum, una cum exemplari supradictae Epistolae *peculiaribus inspectis circumstantiis* d. d. 10 Decembris 1858, omnibus et singulis Rvni. Ordinariis Hispaniae notum fiat et communicetur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis die 24 Maii 1911.

FR. J. C. CARD. VIVES, Praef.

L.  S.

† DONATUS, ARCHIEPISCOPUS EPHESINUS, a Secretis.

Per illustris ac Rme. Domine uti Frater.—Peculiaribus inspectis circumstantiis, in quibus Monasteria Sanctimonialium Virginum superioribus regularibus subjecta, nec non Religiosi viri e claustris ejecti in Hispanica ditione in praesens reperiuntur, Sanctissimus D. N. Pius PP. IX

existimavit iis speciali A postolicae Sedis, providentia consulendum esse. Idcirco Sanctitas Sua predicta Monasteria Sanctionalium Virginum, quae Praesidibus regularibus subsunt, ac insuper praefatos Religiosos viros extra clausa degentes in Hispaniarum Regno jurisdictioni Antistitum, seu Ordinariorum locorum in quibus eadem Monasteria respective reperiuntur, et memorati Religiosi commorantur apostolica auctoritate ad triennum a data praesentium computandum, nisi interim a S. Sede aliter provideatur, subjicit, et subjecta ac subjectos esse decernit: quin tamen impediatur, quominus enunciati Religiosi viri libere confugere possint ad suos Praesides, seu Superiorum Regulares quando agitur de rebus conscientiam respicientibus, quae ad votorum observantiam, et ad obligationes e religiosa professione promanantes referantur. Quod vero spectat ad Sanctionalum Monasteria de quibus agitur. Sanctitas Sua expresse declarat ea vi hujus pontificiae dispositionis in omnibus omnino Ordinariis locorum subjici, et ab eis unice regi debere, quin Regulares in iis sese ullo modo immiscere possint; verum admodum congruum esse ut Ordinarii, nisi pro peculiaribus rerum, et Monasteriorum adjunctis aliter in Domino existimaverint in deputandis eorumdem Monasteriorum Vicariis, Confessariis, Moderatoribus, seu Directoribus spiritualibus deligant Religiosos ejusdem Ordinis, quatenus illi scientia, vitae probitate, prudentia, ceterisque qualitatibus ad eadem respectiva officia rite obeunda necessariis praediti reperiantur.

Haec quidem Tibi ex Sanctitatis Suae mandato comunicamus, ut delegata superius jurisdictione pro ea, qua praestas prudentia in tua Dioecesi utaris, facta tamen in singulis actis expressa mentione hujus specialis apostolicae delegationis: Teque simul monitum volumus et si earumdem facultatum usu dubitatio, vel difficultas exoriatur, eam ad hanc S. Congregationem negotiis, et con-

sultationibus Episcoporum et Regularium praepositam solvendam proponas.

Interin vero Amplitudini Tuae fausta ac prospera cuncta adprecamur a Domino.

Romae ex S. Congregatione Episcoporum et Regularium, die 10 Decemb. 1858.

Amplititudinis Tuae.

Addictissimus ut Frater,

G. CARD. DE GENGA, *Praefectus.*

A. ARCHIEPISCOPUS PHILIPPEN, *Secretarius.*

CONSISTORIAL

I. DUBIA

DE STUDIORUM CURSU PERFICIENDO ET IURAMENTO PRAESTANDO ANTE SACRAM ORDINATIONEM

Propositis dubiis quae sequuntur, scilicet: 1.^o utrum ad effectum sacrae ordinationis studiorum anni expleti dici possint ad festum Pentecostes seu SSmae. Trinitatis; 2.^o utrum iuramentum praestandum ante susceptionem ss. ordinum, a Motu proprio «Sacrorum Antistitum» 1 septembris 1910 praescriptum, emitendum sit ante singulos ss. ordines, vel solummodo ante s. subdiaconatum: haec S. Congregatio, die 24 martii 1911, respondit:

Ad 1^{um} *Negative*; sed requiri ut expleatur cursus scholasticus novem mensium cum examine finali feliciter emenso.

Ad 2^{um} Sufficere ut praestetur ante ineundum sacrum subdiaconatus ordinem, salvo Ordinarii iure illud denuo exigendi ante collationem singulorum ss. ordinum si ex qualibet causa necessarium vel utile ducat.

C. CARD. DE LAI., *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adssessor.*

DEL INDICE

DECRETUM

Feria II, die 8 Maii 1911.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R E Cardinalium a SSmo. Domino nostro Pio X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 9 Maii 1911, damnavit et damnat, proscriptis proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera.

GABRIELE D' ANNUNZIO, *Omnes fabulae amatoriae* (Romanci e Novelle).

—*Omnia opera dramatica.*

—*Prose scelte.* Milano.

P. A. S. *Catechismo di storia sacra.* Cremona 1910.

ANTONIO FOGAZZARO, *Leila,* Romanzo. Milano 1911.

IOANNES KONRAD ZENNER, *Die Psalmen nach dem Urtext. Erganzt und herausgegeben von Hermann Wiesmann.* I. Teil. Uebersetzung und Erklarung. Munster 1906.

MALACHIA ORMANIAN, *L' Eglise Arménienne: son histoire, sa doctrine, son régime, sa discipline, sa liturgie, son présent.* Paris 1910.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

JOSEPH TURMEL et PETRUS BATIFFOL decreto S. Congregationis, edito die 2 Ianuarii 1911, quo quidan libri ab eis conscripti notati et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, laudabiliter se subiecerunt. Etiam autor

anonymus libri inscripti *La vraie sciende des Ecritures*, ab hac S. Congregatione eodem decreto diei 2 Ianuarii 1911 prohibiti, huic decreto laudabiliter se subiecit.

Quibus SSmo. Domino nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc..

Datum Romae, die 9 Maii 1911.

F. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Thomas Esser, O. P., *a secretis..*

DE RITOS

DECRETUM

DE REPOSITIONE ET TRANSLATIONE FESTORUM IN ECCLESIIS PARTICULARIBUS

Quo facilius in Ecclesiis particularibus Officiorum repositiones et translationes peragi valeant, Sacra Ritum Congregatio, enixis precibus tum a Revmis locurum Ordinariis tum a Superioribus Ordinum seu Congregacionum Religiosarum sibi porrectis obsecundans, auditio etiam Commissionis Liturgicae suffragio, statuit ac decrevit, ut, ad tramitem resolutionis num. 3919 *Ordinis Minorum Capuccinorum S. Francisci*, die 27 Iunii 1886, ad XVI, tan Kalendarium perpetuum quam Kalendarium annuale cuiusque Ecclesiae particularis respective redigatur super Kalendario Dioecesis, vel Ordinis aut Congregationis; ac proinde, sicuti Officia, quae in propria Ecclesia vel Oratorio quotannis impedita sunt, fixe assignari debent diei primae liberae in Kalendario perpetuo, ita Officia accidentaliter transferenda in posterum celebranda erunt die, quae iam translatata fuerunt, licet

minoris nobilitatis: servatis de cetero Rubricis et Decretis. Contrariis non obstantibus quibuscumque

Die 3 Maii 1911.

FR SEBASTIANUS Card. MARTINELLI, S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystiem., Secretarius.

DEL CONCILIO

DE PARTE LEGATI, PRO RATA INCOLARUM, TRIBUENDA ECLESIAE
FILIALI E DUABUS MATRICIBUS DISMENBRATAE

Sinopsis disputationis. — Fernandus López marchio á Fonte Gallano, supremo quo decessit elogio Pampilonae anno 1815, de quatuordecim millibus et quingentis *pesos*, quos tamquam censum redimibilem, bonis immobilibus regni impositum, possidebat, quatuor millia pauperibus civitatis pampilonensis attribuit; pro qualibet nempe ex quatuor paroeciis millos; ita quidem distribuendos, ut paullatim pars redenta erogaretur, percepto interea annuo reditu, qui in unius Missae celebrationē et iuxta dispositum ut supra, impendi deberet. In causa porro totalis census extinctionis, voluit Parochi, pro Missis sex, sibi sex *pesos duros*, retinerent.

Quoad interpretationem huius testamenti nulla orta est quaestio inter Parochos usq. ad annum 1905. Hoc anno enim Parochus S. Augustini, qui nihil, hucusque acceperat ex legato Gallano, cum eius ecclesia erecta fuerit in Paroeciam anno 1881, seu 66 annis post testamento, ad tramitem resolutionis huius S. C. ni *Bergomen*, 25 Iunii 1904, expostulavit ut quinta pars legati sibi cederetur pro pauperibus suaे Paraeciae, et quoniam anno 1897 forma censuaria mutata fuit a Deputatione provinciae Navarrensis in viginti obligationes valoris unamquamque quingentarum libellarum, aequaliter inter

quatuor Parochos distributas, ideo petiit, ut sibi attribueretur quinta pars ex dictis obligationibus; et ab hoc recursum habuit ad Curiam pampilonensem. Haec autem, die 3 Novembris anno 1906, decrevit, totam sortem tunc existentem in quinque aequales partes dividi debere, pro singulis Pampilonae Paroeciis: mandans, ut unusquisque ex quatuor antiquioribus Parochis traderet Parocho S. Augustini quintam partem de obligationibus, a Deputatione Provinciali Navarrai, tamquam bonorum conversione acceptis, relicta ab hoc ultimo parte, quae ob conversionem ceteris deberetur.

Ad tramitem huius decreti, Parochi S. Saturnini, S. Nicolai et Ioannis Baptiste unam ex illis obligationibus dederunt Parocho S. Augustini. At Parochus S. Congregationem, quaerens: 1.^o an, ex quo Deputatio Navarrai tradidicerit quinque titulos 500 pesos nominalium, tempus advenierit iustitiae, a clausula testamentaria praewisae, ita ut ipse bene partem titulorum erogaverit, et 2.^o an queat obligari Parochus S. Laurentii ad tradendam Parocho S. Augustini quintam partem residui sortis, si responsum ad 1.^m dubium *affirmative* se habet, aut valorem unius actionis, si *negative*.

Resolutio.—In generali conventu, habito die 22 Maii 1909, Emi. Patres S. Congregationis Concilii respondendum censuerunt:

Decretum ordinarii non sustineri, et Paroeciae S. Augustini attribuendam esse partem legati Gallano, pro rata incolarum ex summa assignata Paroeciis S. Ioannis et S. Nicolai. Et ad mentem.

Haec autem Emorum. Patrum resolutio a Sanctissimo D. N. approbata fuit inaudientia R. P. D. Secretario, sequenti die concessa.

JULIUS GRACIOLI, *Secretarius*



DOCUMENTOS CIVILES

SENTENCIA

de la Dirección general del Registro, declarando que corresponde al Diocesano y no al Estado la redención de censos de obras pías.

En escritura otorgada en la ciudad de San Sebastián el 28 de Octubre de 1882, de una parte por el Juez de primera instancia en nombre del Estado, y de la otra por D. José Manuel Franconi, en concepto de Síndico de concurso de acreedores de D^a Josefa Luisa Ugalde, aquél dió por redimidos varios censos, y entre ellos uno de 2 000 ducados impuesto por la villa y vecinos de Asteasu á favor del convento de Monjas de Zarauz, cuyo censo recayó en poder de las memorias fundadas por D. Juan de Iriarte.

Presentada la dicha escritura en el Registro de la propiedad de Tolosa, el Sr Registrador se negó á cancelar el censo indicado, fundándose en que el Estado carece de capacidad jurídica para la redención de cargas de esa clase, por hallarse excluidas de los efectos de las leyes de desamortización, y en que, por lo tanto, la redención del mencionado censo compete al Diocesano, según lo dispuesto en los arts 7.^º y 8.^º del Convenio ley de 24 de Junio de 1867, y art 5.^º y siguientes de la Instrucción concordada del 25 del mismo mes.

El Fiscal de la Audiencia de San Sebastián, en representación del Estado, promovió contra la negativa del Registrador de Tolosa recurso gubernativo, en el que el Juez delegado dictó auto confirmatorio de la negativa del Registrador, apoyándose en los siguientes fundamentos:

1.^º Que, según la doctrina de los arts 7.^º y 8.^º del Convenio ley de 1867, los poseedores de bienes de dominio particular gravados con cargas eclesiásticas gozan de la facultad de solicitar la redención del respectivo Diocesano.

2.^º Que, con arreglo al art 5.^º de la Instrucción concordada, se entiende por cargas de carácter puramente eclesiástico todo gravamen impuesto sobre bienes de cualquier clase para la celebración de Misas, aniversarios, festividades, y en general para actos religiosos ó de devoción en iglesia, santuario, capilla, oratorio, ó en cualquier otro lugar público.

3.^º Que otra de las formas que revisten esas cargas eclesiásticas es la de censos constituidos, como en el caso presente, cuyas pensiones se invierten en la celebración de actos religiosos, por lo cual es evidente que dichos censos vienen comprendidos en las disposiciones del Convenio-ley.

4.^º Que la Real orden de 18 de Abril de 1868 declara que los censos conocidamente afectos á cargas eclesiásticas están sujetos á la redención concedida por el expreso Convenio á los poseedores de los bienes gravados.

5.^º Que, con arreglo á los principios de la legislación hipotecaria, el Registrador de Tolosa ha podido calificar el documento que nos ocupa.

Elevado el recurso á la Dirección general del Registro, este Centro, con fecha 13 de Octubre de 1885, declaró que no es inscribible la escritura de redención por estar inscrito el censo á favor de la obra pía y no haber acreditado legalmente el Estado su derecho al mismo censo, ó sea que representa á la obra pía de D. Juan Iriarte.

Dé donde resulta que al Diocesano y no al Estado corresponde la redención de censos de obras pías siempre que el Estado no pueda acreditar legalmente su derecho á ellos por representar á las obras pías ó ser su derecho-habiente.

• Asociación de Sufragios Mútuos del Clero
de la Diócesis.

Ha manifestado que desea pertenecer á la Asociación e ingresa en ella:

Núm. 1473=Rodríguez Fernández D. Ceferino, con obligación de aplicar *diez misas*.

León 12 de Agosto de 1911.—Dr. Manuel González,
Magistral Secretario.

Núm. 20.

El día 1.^º de los corrientes falleció D. José González Cascos, Párroco de Armada, y constando que pertenecía á la Asociación y que tenía aplicadas las misas por los socios difuntos; todos los Congregados dirán por él la de Reglamento.